



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ivo Conf. 19. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

Numineque ita volente, cadit etiam. Caterum quo loco sanguinem fudit, fons continuo exortus aquas fudit passim agris salutare. Illud penè excidit: Cilicinum ejus thoracem asservari regii sanguinis purpurâ etiam hodie rubentem, lorica, qualem hodie in Principum armamentariis rarò videas. *Ex Vita Aquiloniâ Ioannis Vasto vii.*

S. IVO CONF. 19. Maii.

Hic ille inter Iurisconsultos Phœnix, IVO est, pauperum Advocatus. His ille linguam suam non vendere, sed eorum causam beneficiis sibi emere. Hinc quotidie hospitio eos suscipere, pedibus aquam affundere, mensæ suæ convivas adhibere; de victu ac vestitu, quò illis adderet, sibi demere, & ne deessent, qui patrem vocarent, binos conjuges unâ cum IV. liberis domi suæ in IX. annû alere: ut planè penum IVO-NIS pauperum posses sinum appellare. Ipse interim tam in se durus, quàm in alios benignus, corpus cilicio affligere, somnum humi capere, inter preces septem ipsos dies sine cibo persistere, jejunia legibus Christianis imperata pane & aquâ transigere. Talis igitur Advocatus quid mirum si orationi suæ semper Cælites habuit faventes? Hi certè panem, qui unus suppetebat, in pauperes dispensanti, tres alios submittere:

hi excrefcere sæpè ftipem exiguam fecerunt, ut bene multis fufficeret. Ipfe CHRISTVS, mendicium præferens, menfæ illius (Superi, qualis hofpes !) affidere, & abiturus bene precari voluit. Inde ille jam medicus etiam omnes paffim morbos pellere, flammæ precibus extinguere, crucis figno per aquas fibi viam facere, demum fati fui non ignarus, ftamentis incubare, & morienti, quem manu tenebat, CHRISTO immori, ut ante hominum fempè, ita etiam tunc ante DEI tribunal victor. Tam bona, ô Iurifconfulti, pauperum eft cauffa! *Ex Surio.*

S. DVNSTANVS EP. 19. Maii.

INTER Angelos, quos Anglia genuit, etiam DVNSTANVM numera, cui ferum fuit, miracula in cunis inchoare; nosci prius, quàm nafci voluit. Mater eo grvida Purificatæ Virginis die Numini supplicabat: cùm repentè extinctis occultâ vi templi facibus, tota urbs cohorrui. Paulò pòft diviniior ignis, rectâ ad Dunftani parentem delapfus, ejus cereum accendit, unde reliqui lumen mutuati matrem novi fideris confalutarunt. Confirmavit pofteà omen Angelus, qui delatum in templû puellum ad omnes Aras circumduxit, futurum pollicitus, uti ejus operâ Religio refloreret. Eas fpec paulò pòft mor-